

6
Ecce vestrum sine langore caput quo
incolumē permanente non vitabuntur
virtutes per laborem nec deficient spi-
ritus vincere appetentes.

Hic igitur in contione propotitis quasi
spiritus novus supervenit in quemque
et contionantem quisque commendans
omnia verba eius conservavit in corde
quisque conferens de victoria et cum
appropinquaret mensis quo incipiant
spandere frondes rose florentini arri-
perunt iter victorioso preeunte carro-
cio et comitatum manu forti intravere
senensem. militibus pisanis martorien-
sibus et aliis inter omnes tribus milibus
stantibus ex adverso et procedentes de-
struxerunt castrum Monteliscarium
dictum perussione non expectans
non longe plus duobus miliaribus a senis
aspicientibus destructionem toto populo
et omnibus militibus antedictis et milie-
ribus usualia mercedum suorum
militibus afferentibus.

Anno millesimo ducentesimo vigesimo